

Q.K.
400,
15.

(X-199-1046)

II n
3690

BELLI DITHMAR

sici ab inclyto Daniæ rege FRIDE-
RICO II. & Illustrissimis Holsatiæ Ducibus
IOHANNE & ADOLPHO fra-
tribus, Anno &c. LIX. gesti hi-
storia, carmine heroico
reddita ab

ERICO PAISEN
Holsato Husensi.



ROSTOCHII

Stephanus Myliander excudebat
M. D. LXXXIII.



BELM DITHMAR

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.

ERICO PAISEM

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.

LOTTSCHEIT

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.



*Illustriſſimo principi ac domino, D. ADOL-
PHO, heredi Noruegia, duci Slefuici, Hol-
ſatia, Stormaria & Dithmarſia, &c.
comiti in Oldenburg & Delmenhorſt,
domino ſuo clementiſſ. S.*



Illuſtriſſime Princeps, Domine clementiſſime.
Inſignem fortitudinem veterum Romanorum
pro æquitate & iuſtitia pugnantium, & in pa-
tiendo & perferendo ſummæ legi parentium
ſine timore fuiſſe, hitoriæ Romanæ indicant.
Si enim exemplum Coclis hominis nobiliſſimi
reſpiciamus, qui contra omnes hoſtium copias vnus ſtetit, & à
tergo pontem interſcidni iuſſit, verum fortitudinis exemplar in-
tuemur. Se enim potius quam patriam perire voluit, & omnes
motus fortunæ, mutationeſq; rerum & temporum leues & im-
becilles fore intellexit, ſi in virtutis certamen venerit. Excel-
lentes magno animo, & verè fortes fuiſſe omnia humana infra ſe
ducentes, Publios Scipiones, Marcum Marcellum, Scæuolam, &
alios Romanos facta illorum illuſtriſſima & laude digniſſima
ſatis teſtantur. Cum fortè huiuſmodi hitorias legerem, cogitaui
mecum de Germanorum fortitudine, quorum veteres, quemad-
modum ex Iulij Cæſaris commentariis patet, tantos viros fuiſſe
accepimus, vt liberè dixerint, ſe non priores populo Romano bel-
lum inferre, neq; tamen recuſare, ſi laceſſantur, quin armis con-
tendant: Et hanc conſuetudinem à maioribus traditam eſſe,
quicunq; bellum inferant, iis ſe reſiſtere, neq; deprecari. Tan-
dem præter Sueuos neminem eſſe reliquum in terris, quem qui-
dem armis ſuperare non poſſint. Hæc verba, quia non facere,
ſed propuſſare voluerunt iniuriam, animi robuſti & excelsi ſigna
ſunt, omni qui cura & angore eſt liber, qui mortem contemnit,
& ad dolores & pericula pro patria ſubeunda eſt paratiſſimus.

A.

Impri-

Imprimis autem nostri seculi viros illustrissimos & fortif-
simos consideravi, inter quos si sapientes & cordati homines, Il-
lustrissime princeps, te tanquam lumen quoddam eminens di-
xerint, non hoc immeritò fecerint. Te enim auspice, illustrissi-
me princeps, ex innata animi generosi tui magnitudine, & iusta
vindiçtæ cupiditate victi sunt illi, à quibus maiores magnam cla-
dem & ignominiam retulerunt, quam indignatus aboleuisti, &
nominis tui famam præclarissimam comparasti. Est quidem
fortitudo insignis omnia humana despiciens, cum illustrissima
Celsitudo tua in medios hostes sese proijceret, suos signiferos ma-
nu corripens, & inclamans ut honoris & existimationis memo-
res essent, nec interea minus tua ipsa illustris: C. fortiter pu-
gnans. Huius autem belli fortissimi ab illustris: C. T. gesti
pro singulari mea cum erga illustrissimam C. T. reuerentia, &
propter plurima & maxima in parentes collata beneficia, tum ob
communis patriæ amorem insignem, historiam, sed breuiter,
carmine heroico descripsi, quam illust. C. T. dedico, submisit
illust. C. T. orans, ut hoc non satis eruditum carmen sereno vultu
accipiat, & in posterum, cum ad adultiorem ætatem peruenero,
maiores mei ingenij fructus ad illust. C. T. laudem spectantes
expectet. Deum optimum maximum oro, ut illustrissimam
Celsitudinem tuam cum illustri tua coniuge domina mea cle-
mentissima, ac heroicæ indolis ac naturæ filiis generosissi-
mis dominis meis clementissimis diu ad honoris &
nominis sui laudem, & Reipub. & patriæ no-
stræ utilitatem conseruare dignetur.

Rostochio 12. Cal. Decemb.

Anno

M. D. XXCIII.

Illustris: C. T.

Subditus

ERICVS PAISEN
Hufensis.

BELLI

Belli Dithmarsici ab inclyto Daniae

rege FRIDERICO II. & Illustrissimis Hol-

stiae Ducibus IOHANNE & ADOL-

PHO fratribus, Anno &c. LIX.

gesti historia.

Ngenij exigui vires illustria facta,
Virtutesq; tuas, o princeps inclyte, nullo
Carminē ferre modo possunt: qui è
stemmate regum

Exortus, seu iustitia te laude togata,
Seu fera militia subeunda munera magnum
Exhibeas, priscis conferrī heroibus, olim
Qui, cum larga ducum generaret semina tellus,
Famam virtutis laude extendere, mereris.
Tu pacem vitij non fœdas: publica felix
Et priuata itidem felix tu cuncta gubernas:
Tu regere imperio populos, succurrere egeno,
Supplicij mactare reos, odia aspera, & iras
Tollere, tu cunctos nosti compescere motus:
Te pietatis amor, sancti obseruantia iuris,
Pulcraq; virgineos induta modestia comptus,
Et spectatus honor proceri corporis ornat.
Has, inquam, laudes, hac inclyta facta mereri
Quis neget ingenij felicis diuite vena

A 3

Scri-

Scribi? quis celebret per quã Dithmarsia victa est
Pugnam (hæc gens dura est septem subiecta trioni,
Insula penè freto te claudens Cimbrica terra)
Pugnã, inq̃, cuius generosus es auctor Adolphe?
Principis hic virtus, hic laus verissima belli
Suspicienda datur: Cimbrorum gloria viua
Hic viget, & famã venturum extendet in ævum.
Ergo ego dispiciens opus hoc magni esse poëta,
Atq; adeo ingenij eximij, desistere cæpto
Malim, ne vili tenuem res carmine magnas,
Fortiaq; inuictæ Cimbrorum prælia gentis.

Attamen historia partem depingere paucis
Incipiam, ut videas me vera laudis amantem,
Dux generose, tua. Clementi suscipe vultus
Quæ fero, nec tennes, ô princeps, despice versus.

Postquam Dithmarsus noctesq; diesq; cruore
Cimbrorum sitiit, nec vult diuinitus illis
Mandato imperio iusto parere, creatur
Regia progenies & auiti nominis heres
Adolphus, diuinum instinctu qui laudis amore
Ingenti, & rapido virtutis percitus æstro,
Suscipit horrendam pugnam, contraq; rebelles
Molitur graue bellum, ut vim propulset iniquam.
Huic sese adiungit, qui regia sceptrâ tuetur

Da

Danorum, fraterq³ pius celeberrimus heros.

Ver ubi purpureo gemmantia prata colore
Pingeret, & staret cinctum florente corona
Fertile ubiq³ solum, & riderent omnia in agris,
Discrimen belli subeunt hi fortiter una.

Annis mille, novem, quingentos, lustra decemq³
Addiderat quando sol omnia lumine lustrans:

Atq³ Iouis quando bis coniugis ante Calendas
Sexta dies fuerat, tendunt Dithmarsia in oram.

Incipiunt fausti, cepto fortuna labori

Succurrit, vincunt quos patrum secula multa

Non poterant. Primum Meldorpa moenia cin-

Ex virtute viri grauis, eloquioq³ probati gunt

Consilio electi belli ducis ordine primi

Ranzouij, egregijs factis cui nemo secundus.

Vrbs hac parua quidem, sed munitissima vallis,

Et fossis: Hac certa salus & gentis Asylum;

Ergo agmen primum dux belli aduertere censeset

Huic vrbi, dum non incauta mente labores

Intrepidus miles fugiet. Sic acer in hostes

Fertur, & ad validos ducit socia agmina muros,

Ipsē & Ranzouius, belli dux, impiger atram

Non horrens mortem, metuensq³ pericula nulla.

Marte vir insignis valida Schonuesius hasta

In.

Inde aliud super atq; aliud graue vulnus in hoste
Figit: Tormenti (heu) letho post traditur ictu.
Impiger haud miles bello fuit vnicus illo,
Nullum in caede nefas, sed visa est gloria magna
Extinxisse homines plures morti q; dedisse.
Dihmarfos, quibus haud vires animusq; negata
Hic furor ardentis, cadisq; insana cupido
Egit in aduersos, armis defendere caram
Quo patriam possent (adeo gens robore praestat
Non ut humi moriens sternatur vulnere bino.
Feminea hic (mirum) curamq; animumq; virile
Turbagerit, negat haud ingentē inuadere pugna)
Acriter ambiguo miscentur praelia Marte.
Viribus exhaustis, fractis irrumpere portis
Tandem vi magna cepit gens Cimbrica: primum
Exiguo numero princeps comitatus Adolphus,
Vectus equo ingressus: Post Rex illustris, in ar-
Egregius turma fuerat couitante sequutus: mis
Utraq; turma ducū hinc non lento incedere gressu.
Hic (miserum) gemituq; & femineo ululatu
Tecta fremunt, resonat magnis plāgoribus aether:
Sed patres, natos, & seruos, femineumq;
Forte genus sternit miles, numero quoq; multos
Profligata fuga cogit dare terga per agros.

Maus-

Mauritius claro Caj de semine proles
Illos RanZouius lethali vulnere pratis
Excipit, ad mortem miseros armisq₃ fatigat.
Sic ducibus victis acie, fractisq₃ superbis
Et praeda, castrisq₃ tuis Meldorpia potiti.
Hinc alibi pugna miscentur fortiter, omne
Vndiq₃ feruebat bellum, nam Martis amore
Mens feruet cunctis: placida contenta quiete
Nulla fuit. Dux hinc belli cum milite multo
Procedens Brunsbuttelium vi cepit: At omnes
Diffugere loco: quia non super vlla salutis
Spes fuerat, sed erat gens hac percussa timore
Hostis vi magna. (Re fortunate secunda
Insanus praeda sic miles agebat opimas)
Hic equitatus eam noctem cum milite cuncto
Substitit: at missi ter centum fortibus armis
Instructi, ut profugos, si possent, caede cruenta
Multarent. Fuerat Dux Blanckenburgius illis.
Cum reuoluta dies matura luce veniret,
Cimbri animos aptant armis, pugnaq₃ parant se,
Ad stragem ingreditur campis equitatis apertis
Conspicuis. Pueri imbelles (promiscua turba)
Fortè casas vili fugere ad stramine tectas,
Sed penitus fossis firmas, & aquis, variaq₃

B

Mate-

*Materia: Hos miles nudos circumdedit armis.
Illi, sollicitos quos tum cura anxia torfit,
Conditione hosti nulla sua corpora dedunt.
Vnius immeritis donatur vita rogatu:
Dux etenim belli facinus crudele putabat
Occidi imbelles, nullum hinc memorabile nomen
Dixerat. Ergo captivi ducuntur in arces
Diversas. Hinc succincti nova bella parabant:
Praefectus pugna gnarus Vritbergius una
Progressus primum fuerat cum Schonuesianis,
Tormentis leuibus, fossoribus omnibus, atq;
Pontibus adiunctis: Princeps cum rege sequutus
In medio: clausit post Oldenburgicus agmen
Aluerstorp pago tentoria candida figunt.
Ostendit sese vix pronus lumine Titan
Ordine desertis castris tendunt Tilebruggam.
Agricola inde loci victorem abijisse ferebant,
Et sese Holsatos inibi olim morte piasse.
Quippe locus fluuio, fossis, atq; aggere septus,
Difficilem ingressum irruituro praebuit hosti. bād,
Arma igitur simul huc, tormentaq; cuncta fere-
Hic solamen erat, spes hic, hic certa salutis
Anchora, sed siue id dii, siue id fata ferebant,
Turba Hemmingstadium (quod summa inuade-
re mole*

Omnia

Omni viq₃ sua cautè simulauerat hostis)
Ferret ut auxilium rectà confluxerat ingens.
Interea accedit Tilebrugga moenia miles,
Quo viso fugiunt trepida formidine mentem
Perculsi agricola: Sic destructo aggere Cimbri
Diripiunt subito Tilebruggam, & funditus illam
Euertunt. Qui cuncta oculis Deus aspicit aequis
Hæc ita prouidit. Tantum prudentia rebus
Semper in humanis valet, et factū omne gubernat,
Cum fortuna potens hominum regina negatur,
Ut tum Dithmarsis: Namq₃ illos sydera torquēs
Hoc pacto domitos voluit cum cade suorum
Imperiumq₃ subire, & libertate relicta
Iustitia tolerare iugum, nec spernere leges.

Hinc alacres omnes Heidam petière cohortes
(Splendida tectā domus, proceres huc conciliumq₃
Iudicijs habitis Saturni luce vocabant:
Claraq₃ mercatu vincit reliqua oppida longè)
Spe nixi firma, cepisse fugam urbe relicta
Hostes: De hospitio lis est, nam ponere castra
Urbe omnis voluit. Sed Blanckenburgius ante
Vectus equo propius certum explorare laborat.
Bis duo signa hostis conspexit at eminus urbe;
Hunc audax vidit Dithmarsus fortè fugacem

Insequitur signis pede non remorante quaternis.
Inscius ad Cimbroſ venit ſub colle latentes;
Et cum ſe medios lapſum ſenſiſſet in hoſtes,
Hinc atq; hinc acies vidit pugnare paratas.
Ergo pedem retro retulit: Sed nulla poteſtas,
Nulla fuga ratio: Quia equis calcra Cimper
Admōrat, mediumq; citus prorupit in hoſtem.
A Blanckenburgo vetitus progreſſus ad urbem,
Illuſtris turmam qui circumuectus Adolphi.
Agreſtis tormentum à fronte incedere contra:
Cum ducibus Rex vno & claro ſanguine iunctis.
Hic ſonitus implent cœlum clangoribus, atrum
Srbtexere polum ſublata luce tenebra,
Obuius aduerſo occurrit ſibi, ſeque viro vir
Contulit, hic binos confodit ſæpius hoſtes;
Hic gemini periēre vna de ſtemmate Truzij,
Alter lethifero haud traiectus vulnere, Dani
Nobilitate viri inſignes: & ſanguine preſtans
Ad regis latus Ericus podebuſchius ictus.
Andreas Phriſius quoq; fato occumbit eodem.
Sed mora nulla nouem ſignis de more receptis
Turbidus ingrediens hoſtis pugna aptat, et armis
Infeſtoſq; animi in Cimbroſ ruit impete: At illi
Lucentes in equis certatim obſiſtere contra,
Et va-

Et valido obstantes incursum irrumperere turmas
Gnaviter incipiunt: Ad laenam regia denso
Agmine procedens miscet fera praelia pubes.
At parte ex alia se Blanckenburgius infert.
Hostis Dithmarsus paulatim excedere pugna,
Et fossas petere, ac vallatos aggere campos,
Quos intra primum pugnare viriliter ausos
Vidisses Getulorum pro more leonum,
Quos ieiuna fames, teneraq; propaginis ardor
Obuia venatum prosternere corpora cogit,
Usq; adeo, ut minimum absuerit quin signa quoq;
Cum spoliis penitus Cimbris erepta fuissent. (ipsa
Quod simul ac vegeto conspexit lumine Adolphus,
O vos signiferi, vos o quibus integer aui
Sanguis ait, solidaq; suo stant robore vires,
Non agitate fugam: veteranos cedere turba
Agresti, ignara duri Mauortis, & armis
Insuetæ ecquis erit pudor? ecqua ignavia? at omnē
Quam tardante mora culpam meruistis abunde,
Si redeant vires pugnandi animusq;, remitto.
Arma arma appropere viri, quo tenditis? in-
Talibus accensi firmantur, & agmine denso (quit.
Consistunt. Primus pugna instaurabat Adolphus:
Contra hostis trepida haud quaquam formidine tar-
dus

B 3.

Insta-

In stare acriter, & teli vehementius ictus
Insultare, ipsiq; Duci in coxendice vulnus
Figere, & extremis capita obiectare periculis.
Ac quanq; astus erat, phæbeisq; ignibus ardens
Stella canis late campos findebat hiantes;
Quemq; tamē pugna rapidus stimulauerat ardor.
Cum primis vero hic eluxit principis ingens
Egregij virtus: Quia in ipso limine mortis
Addere militibus viresq; animumq; timorem
Tollere, & euentus iussit sperare secundos.

Ast ubi iam in castris auditum est undiq; fama
Accepisse ducem graue circiter illa vulnus,
Erupere omnes, & in his audacior unus
Feruet cade noua, manibusq; ambabus in ensem
Surgit, et aut medium erumpit moriturus in hostē,
Aut influcta volens vlcisci vulnera Adolpho
Strenuus. Hoc viso miles non impiger ullus
Immani Dithmarsii impubes vulnere malas,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, hic hosti infelix lux ultima facta est.

In iussi, non hac belli mandante supremo,
Interea inuadunt (sed non feliciter) urbem
Quadrupede inuecti, spes est quibus ampla refer-
Et spolia, atq; viros spumanti sanguine morti (re
Tradere: terribiles verum ceu forte leones,

Sine

Sive feras alias degens securus in alta

Arbore, qui iaculisq; celer leuibusq; sagittis,

Palantes fugat, & notis occultat in antris:

Sic quoq; Dithmarsi securi ex adibus hostes

Glande globisq; petunt, atq; urbe excedere cogunt,

Donec liber equus campum est ingressus apertum.

Rannoum hic perijt preclari stemmatis haeres

Unicus: Et pleriq; alij sunt vulnere laesi.

Durante hoc seui Martis certamine ad Heidam

Ranzouius natus Caj in sublime volantes

Conspexit flammam, & stridorem auribus hausit.

Una cum socijs Hemmingstadio aduolat urbem

Contra, castra locans, ut nulla hinc ire potestas

Dithmarsis, oram tendant si forte palustrem.

(Illic namq; hostis confluxerat undiq; fossis

Qui locus & multis munitus, & aggere multo

Hostibus haud aditum facilem spectatibus offert)

Illuc tercentum, sunt fata extrema sequuti,

Cum peterent, omnes nigrum mittuntur ad orcum,

Auspice Ranzouio. Dithmarsus fortiter omnes

Ceu depulsurus vim, dicta substitit ora.

Quare equites hosti iussu ducis opponuntur,

Atergo in Cimbros Dithmarsis fortibus ausis

Ne veniant, tuto & sic ducere possit ad Heidam

Niten.

Nitentes longis hastis, & scuta tenentes.

Aduersis multis diuersa mole feruntur,
Heidanum ad vallum, subitusq; apparuit ignis,
Exuperant flamma, flamma tectum omne tenebat.
Sic disploduntur tormenta, & murmure caeco
Voluitur ater odor: vacuasq; it fumus ad auras.
Discurrunt Dithmarsii, acuumq; furoribus iras,
Vi qua venantum fera densa septa corona
Contra tela furit: medium moriturus in agmen
Quisq; ruit, pulcrumq; mori se fortiter armis
Defendens putat extrema ad suspiria vitæ.
Sed vel tormentis, calido siue igne, vel ense
Sternitur, & forti imbellis superatur ab hoste
Sic grauiter dare se campo, sic obuia ferre
Arma viros fuit lux vnica, faustaq; Cimbris
Ter, populo haud capiēte cibū, potumq; nec vllum.
Meldorpa egressus, vel quartam circiter horam,
Cum phœbus lucem Oceani mersaret Hiberno
Gurgite, & emeritis iuga demeret alba quadrigis,
Noctem illam emensus cura atq; labore viarum
Cum luce, horrendo bellum graue Marte ciente.
(Non mirum) corrupti & equi periēreq; multi.
Cæsaris at Julij est, quo non præstantior heros,
Ran Louius sapiens exemplum ritè sequutus

Hoc

Hoc bello. Quando quaesitum ex casare diuo est,
Qui tot felici obtinisset numine palmas:
Dixit, nulla mihi in bellis cunctatio cordi est.
Hoc sapiens dictum satis experientia monstrat.
Affectos præter lethali vulnere multos,
Illapsosq; fuga turpi, pugnis tribus illis
Dithmarsii ter mille hostes ad tartara missi
Horrida. Tercentum Cimbrorum morte recepti.
Nobilium & magno clarorum nomine (nostro
Illis exceptis quos carmine diximus ante)
Sub mento est ictus glande Oldenburgicus heros;
Vulnera ceperunt, sed non hæc vulnera mortis,
Sub genibus belli Dux versa fragmine pilæ,
Et pede Iuo Reuentlouius, Borchardus ab Alueli,
Paulus Ritroviusq; supra internodia crurum.
Iunior in lumbo Rantzous. Cæde nefanda
Traiectusq; globo fuerat per lumbum et ab Alueli
Gregorius. Perfossa manus fuit inclyta bello hoc
Nobilis à Donou Baronis, Bulouiumq;
Rantzouij longa legatum strinxerat hasta.
Hinc est acta quies: Cimbri secum meditati
Consilium egerunt duri certamine belli
Quo pacto reliquos frenarent viribus hostes.
Nam diuisa duas est in Dithmarsia partes:

C

Vna

Vna est campestris, pars altera quippe palustris.
Cimbrorum violenta manus iam ceperat illam.
Hac qua natura egregie munita videtur
Restitit, huc hostis glomeratus, & agmine multo
Consistens visus belli est discrimen inire.

At phœbus quando radiis fulgentibus orbem
Desereret, gemini venere in Cimbrica castra
Mista, quorum album gestabat uterq; bacillum.
Regi, principibusq; est tradita epistola supplex;
Prima fronte vocant titulo dominosq; ducesq;
Dithmarforū, quem ducibus titulu ante negarant.

His at Dithmarsus miser æthera questibus im-
Orans per summū, vtilium qui numine cœli (plet
Complet, & inuicta, quæ vult, facit omnia dextra:
O Rex illustris: Vos ò qui summa tenetis
Cimbrorum imperij, princeps ò mitis uterq;
Cultores æqui, cultores numinis estis
Diuini quoniam, generose femina mentis,
Indolis & summae dotes in pectore nobis
O parcant, facinus, delictaq; grandia vestram
Legem spernentes nos commisisse fatemur:
Ignoscant miseris post tot discrimina rerum,
Neue negent veniam vario certamine victis.
Accipite, ò petimus, concepta conditione.

Tran-

Tranquillam pacem, vestri moderamina regni
Suscipiendis conductum concedite saluum,
Non permittite nos letho multarier atro.

Dixerat. Hos blandis verbis Rex inclytus heros
Excipit, & sperare iubet bene, nulla pericla
Jam superesse refert, proponi fercula lauta
Et potum mandat, quoq; dogmata vera docente
Pastore adiuncto, cum quo breue fallere tempus
Possint, dum de concilio responsa ferantur.

Nomine post iussuq; suo diplomata signis
Obfirmata Duces dederant, queis protinus illis
Ad castra, & socios tuto ire redire licebat.

Orta luce nova medium cum Phœbus olympum
Pulsaret, veniunt quadraginta octo virorum
Quinq; in castra, petunt submissa voceq; pacem.

Re prudenti animo longè multumq; voluta,
Adolphus primum generosa ex indole mentis,
Æger decumbens, vera & pietatis amore,
Nulla salus bello, dabitur pax leta petenti, (bāt,
Dixerat : atq; omnes hoc factum vno ore proba-
Præclarum hoc factum, suffragia fausta tulerunt.

Ergo conceptæ sunt legis deniq; pacis,
Hocq; modo missis legatis ordine lectæ.
Per summum leges, qui sacra & fœdera sanxit

Iurent tendentes ad lucida sydera dextram,
Non fore ut atatum rumpant ea fœdera in æsum,
Quo res cumq; cadet: Reddant prætoria signa
Olim Cimbrorum ducibus, regi q; Iohanni
Erepta, et reddant quondam spolia ampla relata:
Impensas belli soluant victoribus omnes:
Constituunt quocumq; velint ducibus tria castra:
Evertant, æquentq; solo sua mœnia cuncta:
Angarias præstent, operas nullasq; recusent:
Imperium Ducibus tribuant illustribus omne:
Concedatur principibus venatio solis:
Singula tam privatorum, quam publica in unum
Arma locum portent, reparandi nulla potestas
Permissis absq; ducũ: Pendat tantumq; quotan-
Ex agris illis quantum cum fœnore semen (nis
Reddit, in apricis & quantum gramina pratis,
Sumptibus at Martis duri impensisq; solutis:
Exhibeant quot habent, testantes numina sancta,
Leges priuatas, scripta & diplomata cuncta,
Sive ea pontificis fuerint, seu cesaris ipsa:
Quæq; superfuerint nullius ponderis esse
Affirment scripto: Sint iurisdictio, iura,
Iudicia & ducibus, Ducibus mulctæq; ferantur:
Fœdera quæ cum alijs frangant, & forsitan olim
In

In noua non iurent. Sic conditionibus illis
Acceptis, patria patres ut ritè decebat,
Illos defendent, vi pulsa, illosq; fouebunt.
Impressis tandem genibus, pro more solenni
Suppliciter veniam noxarum uno ore precentur:
Inq; fidem sanctè cælo iurent sub aperto
Almam firmantes scriptis & fœdere pacem.
Discedunt proceres, illos comitantibus una
Bulouio, & belli ducis est qui è semine claro
Henrico, atq; suis responsa hac ordine narrant.
Ter cum iam coniunx Tithoni lumine terras
Lustrasset, redeunt scripto responsa ferentes
Dithmarsorum; orantq; Dei per numina summi,
Ne miserum omnino populum delere, sed illos
Dignentur saluos, concedant dona quietis.
Omnia facturos se sanctè, & legibus omnes
Promittunt paribus se æterna in fœdera, nulla
Ætas quæ extinguet, missuros. Omnia tandem
Ipsa expleturos re quæ præscripta: sed illos
Sumptus haudquaquam se belli soluere posse,
Cum non diuitia, bona cum non ulla relictæ,
Se miseros homines, se cunctis rebus egenos,
Omnia raptæ sibi miseranda voce queruntur.
Et graue, condantur si mœnia; pascua & agros

Pingues queis tribuant quot in aulis indiget usus.
Tandem ne in seruos omnino euadere egentes
Cogantur, multa prece, multis questibus orant.
Qua Vilstermarsi, Crempermarsi, reliquiq;
Qua Phrisij, quorum prestans est ubere gleba
Terra, solo & pratis, viridi quoq; gramine præ-
Flli, inquam, lata qualibetate fruuntur, stans.
Hac quoq; cum virtus, cum sit clementia magna
Mente animoq; ducum, potiantur, pectore toto,
Sollicitant. Ergo sic quæ grauiora videntur
A Ducibus versis, alma & pax aurea lata est,
Signatis firmata inter se fœdera scriptis.

Sic Dithmarsorum supplex turba omnis in unū
Fussa venire locum, manibusq; & poplite flexo
Conuersi ad solem surgentem lumine iurant,
Testantes triplici quod maiestate coruscat
Numē, quod semper trino idem est numine numē,
Res quod nulla fidem franget, si effundat in un-
Diluisio miscens tellurem, in tartara soluat (das
Vel cœlum, fidei semper constantia duret.

Ergo fide data tandem constante receptis
Præsidium, pax, vera fides promissa vicissim,
Persida nec vis ulla unquam parentibus obstet.
Regi & principibus sic gens Dithmarsica victas

Ex-


Exhibuere manus, ferro qui finibus olim
Eiecere suos Dominos, quos tollere morte
Non veriti: Sic (o laus o & inclyta virtus
Posteritas quam sera ullo non eximet auro)
Pax oblata fuit caro praestantior auro.
Iustitia hinc lucet cunctis veneranda, rebelles
Quae reprimat, summus, qui celsis praesidet astris,
Auctor quod legum sit verus monstrat, & omne
Quod regitur regina hoc iustitia esse regendum;
Hanc propter leges colimus, semperq; colendum
Esse magistratum, qui iustis legibus adsunt.

Hac Martis, fateor, rudiori gesta Minerva
Exhibeo, o princeps, veluti verissima scripta
Historiae belli testantur. At optime princeps,
Carmina quod non sint hac respondentia votis,
Da veniam, ingenue, precor, atq; ignosce fatenti,
Dum meliora olim condet mea forsitan aetas.

Vivas Nestoreos feliciter, inclyte princeps,
Coniuge cum illustri, natisq; heroibus, annos.

F I N I S.


PK Th. 3690



21.1.17

nc





G.K.
400,
15.

(X-199-1046)

II n
3690

BELLI DITHMAR

sici ab inclyto Daniæ rege FRIDE-
RICO II. & Illustrissimis Holsatiæ Ducibus
IOHANNE & ADOLPHO fra-
tribus, Anno &c. LIX. gesti hi-
storia, carmine heroico
reddita ab

ERICO PAISEN
Holsato Hufensi.



ROSTOCHII

Stephanus Myliander excudebat

M. D. LXXXIII.

